1542. d. 4. 8bris.

Ferdinandus Romanorum Hungariae Rex.

Sigismundo I. Regi Poloniae

118

Redditae sunt nobis literae binae a Serenitate Vestra paucorum dierum intervallo, quarum unas Aulicus noster is, quem ad Serenitatem Vestram cum literis miseramus adtulit literas vero familiaris Serenitatis Vestrae, qui has perfert, exhibuit. Quibus cognovimus Serenitatem Vestram nonnullis de causis diserte expositis adductam velle, et cupere, uti dies trium regum nubtijs inter communes liberos nostros constitutus, adhuc aliquantisper prorogetur. Qua de re deliberandum nobis existimamus, ut id qd ex re et commodo utriusque nostrum fore videbitur respondeamus, quod quidem sine longiori mora facturi sumus, utque sit voluntas Vestra de ea quamprimum certior fiat. Cupimus Serenitatem Vestram diu sanam et incolumē esse. Datum in Civitate nostra Vienna Die 4ta Octobris, Anno Domini 1542.